

MASS PROPER: OCTOBER 7, MOST HOLY ROSARY OF THE BVM

MASS (*Gaudeamus*) (white)

INTROIT

Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatae Mariae Virginis: de cuius solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. (Ps. 44: 2) Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. v. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatae Mariae Virginis: de cuius solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei.

COLLECT

Deus, cuius Unigenitus, per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit: concede, quaesumus; ut, haec mysteria sanctissimo beatae Mariae Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt, assequamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

(For St. Mark, Pope)

Gregem tuum, Pastor aeternae, placatus intende: et, per beatum Marcum Summum Pontificem, perpetua protectione custodi; quem totius Ecclesiae praestitisti esse pastorem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

Let us all rejoice in the Lord, celebrating a feast in honor of the Blessed Virgin Mary: on whose solemnity the angels rejoice and join in praising the Son of God. (Ps. 44: 2) My heart hath uttered a good word; I speak my works to the King. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let us all rejoice in the Lord, celebrating a feast in honor of the Blessed Virgin Mary: on whose solemnity the angels rejoice and join in praising the Son of God.

God, Whose only-begotten Son, by His life, death, and resurrection hath purchased for us the rewards of eternal life: grant, we beseech Thee, that, meditating on the mysteries of the most holy Rosary of the Blessed Virgin Mary, we may imitate what they contain and obtain what they promise. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O eternal Shepherd, do Thou look favorably upon Thy flock, which we beseech Thee to guard and keep for evermore through blessed Mark, Supreme Pontiff, whom Thou didst choose to be the chief shepherd of the whole Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON Proverbs 8: 22, 24, 32, 35

Dóminus possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio. Ab æténo ordináta sum, et ex antíquis ántequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concépta eram. Nunc ergo, filii, audíte me: Beáti, qui custódiunt vias meas. Audíte disciplínam, et estóte sapiéntes, et nolíte abjícere eam. Beátus homo, qui audít me, et qui vígilat ad fores meas quotidie, et obsérvat ad postes óstíi mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.

GRADUAL Psalm 44: 5, 11, 12

Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: et dedúcet te mirabíliter délixtera tua. V. Audi, filia, et vide, et inclína aurem tuam: quia concupívit Rex spécíem tuam. Allelúja, allelúja. V. Solémnitas gloriósæ Vírginis Maríæ ex sémine Ábrahæ, orta de tribu Juda, clara ex stirpe David. Allelúja.

GOSPEL: Luke 1: 26-38

In illo témpore: Missus est Ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Náza-reth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen Joseph, de domo David, et nomen Vírginis María. Et ingressus Ángelus ad eam, dixit: Ave, grátia plena: Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audísset, turbáta est in sermóne ejus, et cogitábat, qualis esset ista salutátio. Et ait Ángelus ei: Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum: ecce concípies in útero, et páries fílium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris

The Lord possessed me in the beginning of His ways, before He made anything, from the beginning. I was set up from eternity, and of old, before the earth was made. The depths were not as yet, and I was already conceived. Now, therefore, ye children, hear me: blessed are they that keep my ways. Hear instruction, and be wise, and refuse it not. Blessed is the man that heareth me, and that watcheth daily at my gates; and waiteth at the posts of my doors. He that shall find me, shall find life, and shall have salvation from the Lord.

Because of truth, and meekness, and justice: and thy right hand shall conduct thee wonderfully. V. Hear, O daughter, and see, and incline thine ear; for the King hath desired thy beauty. Alleluia, alleluia. V. The solemnity of the glorious Virgin Mary, of the seed of Abraham, sprung from the tribe of Juda, of the noble line of David. Alleluia.

At that time, the Angel Gabriel was sent from God into a city of Galilee, called Nazareth, to a virgin espoused to a man whose name was Joseph, of the house of David: and the virgin's name was Mary. And the Angel being come in, said unto her: Hail, full of grace, the Lord is with thee: blessed art thou among women. Who having heard, was troubled at his saying and thought with herself what manner of salutation this should be. And the Angel said to her: Fear not, Mary, for thou hast found grace with God. Behold thou shalt conceive in thy womb and shalt bring forth a Son; and thou shalt call his name Jesus. He

ejus: et regnabit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Ángelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Ángelus, dixit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáto tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

OFFERTORY Ecclus. 24: 25, 39, 17

In me grátia omnis viæ et veritátis, in me omnis spes vitæ et virtútis: ego quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificávi.

SECRET

Fac nos quæsumus, Dómine, his munéribus offeréndis conveniénter aptári: et per sacratíssimi Rosárii mystéria sic vitam, passiónem, et glóriam Unigéniti tui recólere; ut ejus digni promissionibus efficiámur: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(For St. Mark, Pope)

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat

shall be great and shall be called the Son of the Most High, and the Lord God shall give unto Him the throne of David His father: and He shall reign in the house of Jacob forever, and of His kingdom there shall be no end. And Mary said to the Angel, How shall this be done, because I know not man? And the angel answering said to her, The Holy Spiritt shall come upon thee, and the power of the Most High shall overshadow thee. And therefore also the Holy which shall be born of thee shall be called the Son of God. And behold thy cousin Elizabeth, she also hath conceived a son in her old age; and this is the sixth month with her that is called barren; because no word shall be impossible with God. And Mary said: Behold the handmaid of the Lord, be it done to me according to thy word.

In me is all grace of the way and of the truth; in me is all hope of life and of virtue. Like a rose planted on the rivers I have borne fruit.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, to be fittingly prepared for the offering of these gifts, and, through the mysteries of the most holy Rosary, so to meditate upon the life, passion, and glory of Thine only-begotten Son that we may become worthy of His promises. Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In Thy loving kindness we beseech Thee, O Lord, be moved by the offering of our gifts and enlighten Thy Church: that Thy flock may prosper everywhere and the shepherds, under Thy guidance, may be rendered pleasing to Thy name. Through our

in unitate Spíritus Sancti, Deus, per
omnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE BVM

Vere dignum et justum est, æquum et
salutare, nos tibi semper et ubique
grátias ágere: Dómine sancte, Pater
omnípotens, ætérne Deus: Et te in
Festivitate beátæ Maríæ semper
Víriginis collaudáre, benedícere et
prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum
Sancti Spíritus obumbratióne concépit:
et, virginitátis glória permanénte,
lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum
Christum, Dóminum nostrum. Per
quem majestátem tuam laudant
Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt
Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes
ac beáta Séraphim sócia exsultatióne
concélebrant. Cum quibus et nostras
voces ut admitti júbeas, deprecámur,
súpplici confessiόne dicétes:

COMMUNION: Ecclus. 39: 19

Floréte flores, quasi lílium, et date
odórem, et frondéte in grátiam,
collaudáte cánticum et benedícite.
Dóminum in opéribus suis.

POSTCOMMUNION

Sanctíssimæ Genitrícis tuæ, cujus
Rosárium celebrámus, quæsumus
Dómine, precibus adjuvémur: ut et
mysteriórum, quæ cólimus, virtus
percipiátur; et sacramentórum, quæ
súmpsimus, obtineátur effectus: Qui
vivis et regnas, cum Deo Patre in
unitate Spíritus Sancti, Deus, per
omnia sæcula sæculórum.

(For St. Mark, Pope)

Refectiόne sancta enutrítam gubérna,
quæsumus, Dómine, tuam placátus
Ecclésiám: ut, potéti moderatiόne

Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives
and reigns with Thee in the unity of
the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for
our salvation that we should at all
times and in all places give thanks
unto Thee, O holy Lord, Father
almighty, everlasting God: and that we
should praise and bless, and proclaim
Thee in this feast of the Blessed Virgin
Mary, ever Virgin: Who also conceived
Thine only-begotten Son by the
overshadowing of the Holy Spirit, and
the glory of her virginity still abiding,
gave forth to the world the everlasting
Light, Jesus Christ our Lord. Through
Whom the Angels praise Thy Majesty,
the Dominations worship it, the
Powers stand in awe. The Heavens
and the Heavenly hosts together with
the blessed Seraphim in triumphant
chorus unite to celebrate it. Together
with them we entreat Thee, that Thou
mayest bid our voices also to be
admitted, while we say in lowly praise:

Send forth flowers, as the lily, and
yield a smell, and bring forth leaves in
grace, and praise with canticles, and
bless the Lord in His works.

May we be assisted, we beseech
Thee, O Lord, by the prayers of Thy
most holy Mother, whose Rosary we
celebrate, that the virtue of the
mysteries we adore may be shared
and the effect of the sacraments we
have received may be obtained. Who
liveth and reigneth with God the
Father in the unity of the Holy Spirit,
God, forever and ever.

Since Thy Church has been nourished
by the sacred repast, govern her in
Thy clemency, we beseech Thee, O

dirécta, et increménta libertátis
accípiat et in religiόnis integritáte
persístat. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum, Fílium tuum, qui
tecum vivit et regnat in unitate Spíritus
Sancti, Deus, per ómnia sæcula
sæculórum.

Lord, so that under the guidance of
Thy mighty rule she may enjoy
greater freedom and abiding integrity
of religion. Through our Lord Jesus
Christ, Thy Son, Who lives and reigns
with Thee in the unity of the Holy
Spirit, God, forever and ever.